Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



8 lit.

apostropham fieri. cum etiam stultis perspicuum sit unum contextum esse
sermonis, nec posse sensum diuidi. quipsonatione ordine. et uo
cione coniunctus. e. ⁂ Quia haec dicit dns creans caelos. ipse ds formans
terram. et faciens eam ipse plasteseius, Non in uacuum creauit eam. ut
habitetur formauit illam, Ego dns et non alius, Non in abscondito locu
tus sum in loco terrae tenebroso. non dixi semini iacob frustra quaerite me.
Ego dns loquens iustitiam. adnuntians recta, Congregamini et uenite.
et accedite simul qui saluati estis ex gentib;, Nescierunt qui leuant signum
sculpturae suae. et rogantes deum non saluantem. adnuntiate et uidete.
et consiliamini simul, Quis auditum fecit hoc ab initio. ex tunc praedixit
illud. Numquid non ego dns. et non. e. ultra ds absq: me, Ds iustus
et saluans. non. e. praeter me, Conuertimini ad me et saluemini omnes
fines terrae. quia ego ds et non. e. alius, In memetipso iuraui. egredietur
de ore meo iustitiae uerbum. et non reuertetur. quia mihi curuabitur omnia
genu. et iurabit omnis lingua. Ergo in dno dicit mea sunt iustitiae.
et imperium ad eum uenient. et confundentur omnes qui repugnauerint.
In dno iustificabitur et laudabitur omne semen israel. LXX. sic dicit dns
qui fecit caelum. ipse ds qui extendit terram. et fecit eam ipse paruit illa;
Non in uacuum fecit eam. sed ut habitaretur plasmauit eam, Ego sum dns.
et non. e. ultra, Non in abscondito locutus sum. Neque in loco terrae tene
broso, Non dixi semini iacob uanum quaerite. Ego sum dns qui loquor iusti
tiam. adnuntio ueritatem, Congregamini et uenite simul. qui saluami
ni de gentib;, Non cognouerunt qui portant lignum sculpturae suae.
orantes deos non saluantes. si adnuntiant adpinquent ut sciant simul.
Quis audita fecit haec ab initio. tunc adnuntiatum. e. uobis, Nonne ego dns
ds. et non. e. alius absq: me, Iustus et saluans. Non. e. praeter me,
Conuertimini ad me et saluemini omnes ab extremis terrae, Ego sum ds et non. e.
alius. per memetipsum iuro, Nisi egredietur de ore meo iustitia. sermones
mei non auertentur, Quia mihi curuabit omne genu. et iurabit et con
fitebitur omnis lingua dicens, Iustitia et gloria ad eum uenient.
et confundentur omnes qui pepererant se a dno. iustificabuntur. et in dno.